



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1729. usque ad annum 1731

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1785**

**VD18 13322648**

§. 31. Prima Emigrantium cohors Kauffburum & aliorum delata.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67677](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67677)

Principis  
is bene-  
am paci-  
nec ipsa  
dderent,  
piscopon  
nae in  
que  
erii lega  
n quoque  
Executive  
rum, d  
Archiep-  
s jure d  
on autem  
oratentur  
ominou-  
o fecile  
ec tam  
ant Rau-  
i, & de  
em que-  
ut rebeli-  
compro-  
e subdit  
am, quod  
s Luthi-  
ditione  
rum ab  
notitiam  
i Senam  
iter pre-  
stantes

stantes typis excusæ, quotquot pete- Sæc. XVIII.  
A.C. 1731.  
bantur, datæ fuissent, atque in illis  
omnes status, & officiales rogarentur,  
ut hisce emigrantibus non modo libe-  
rum transitum concedere, sed requisiti  
omnem eis opem præstare velint: Am-  
pliora certe Catholici ex Protestantium  
ditione emigrantes, si forte vel leviter  
de rebellione *suspiciuntur* fuissent, sibi non  
policerentur. *Nihilominus* tamen ipse  
met Archiepiscopus Salisburgensis da-  
tis ad Carolum Albertum Bavariæ Elec-  
torem literis liberum commeatum  
hisce Agrestibus concedi petebat, ut  
constat ex ejusdem Electoris mandato  
ad suos Prætores die decima quinta  
Decembris dato, vi cuius injunctum,  
ut eis nulla omnino molestia aut con-  
tumelia inferretur, sed alimenta, alia-  
que necessaria pro parata pecunia (non  
petito transitus censu) suppedarentur.

### §. XXXI.

#### *Prima Emigrantium cohors Kauffbu- rum & aliorum delata.*

Tandem octingenti circiter Salisbur-  
genses rustici, comitante eos Ar-  
chiepiscopali Commissario Schouga-  
vium die vigesima quinta Decembris  
pervenerunt: Dati füere ex Archiepi-  
scopi clementia cuilibet pauperi in  
singu-

Sæc. XVIII. singulos dies ad sustentationem ferre  
A. C. 1731. cigeri: Nihilominus tamen, cum Comis-

missarius eos nonnisi Schongavium  
que conducere jesus redditum panem,  
hi rustici ad locum Augustanæ Confis-  
sioni addictum deduci, tanta importan-  
tate ab eo petebant, ut eidem vni  
illaturos minitarentur: Horum igit  
violentia expugnatus, die vigili  
septima illos usque ad pagum Di-  
lerithum comitabatur, inde vero Iosephi  
Gabrielis Kans Pro - Praefecti  
Schongaviensis jussu per Antonium  
Büchler Praefectorię Tabellarium de-  
clinato jam sole Kauffburgum ingres-  
sunt, nonnullis pœnitentia ducis &  
ad patriam reversis, ceteris omnibus  
quid crederent, ignaris, & ob faken  
contumaciam Lutheranis: Hæc de in-  
præfatus Tabellarius coram Kauff-  
rensi Magistratu testabatur. Porro et  
hisce sexaginta tres in urbe reman-  
runt, a civibus Lutheranis perbenevol-  
excepti: alii numero trecenti viginti  
sex Memmingam, & centum nonaginta  
septem Augustam, & denique centum  
quinquaginta Campidonum abire de-  
30. Decembr. jussi sunt. Sequenti die  
trecenti quadraginta quatuor Mem-  
mingam pervenere, ad quos die prima Fe-  
nuarii alii centum sexaginta & unos,  
qui a Campidonensi Praefecto L. B. de

Frey

Freyberg transitu prohibiti sunt, acceſſe: ex his Memmingani Cives nonniſi Sæc. XVIII.  
ducentos quadraginta excepere, ceteros vero circiter ducentos sexaginta  
Ulmam (Bibaracenses enim nullum ex  
his rusticis admittebant) abduxerunt.  
Die autem vigesima prima Martii Mem-  
minganus Senatus datis ad Salisbur-  
gensem Archiepiscopum literis suppli-  
cabat, ut hisce miseris relictæ eorum  
bona restitui juberet. Ad hæc Archiepi-  
scopus die decima Aprilis rescribi jussit,  
quod ad compensationem maximorum  
sumptuum, quos ad sopiaendam rebel-  
lionem ab eis concitatam ærarium Prin-  
cipis tulisset, jure merito exiguae illo-  
rum facultates retineri potuissent, a-  
liunde vero ipsis, si concessa emigra-  
tionis prolongatione uti voluissent,  
integrum fuisset, sua bona plus offerenti  
pro arbitrio divendere, nihilominus  
Archiepiscopus die quinta Aprilis ex  
singulari clementia præcepisset, ut om-  
nia eorum bona divenderentur, & pe-  
cunia inde haufa usque ad obulum eis  
commoda occasione transmitteretur.  
Denique die secunda Januarii centum  
quinquaginta quinque exules ad Cam-  
pidonensem Urbem Acatholicam per-  
venere, ex quibus nonaginta sex retenti  
sunt, ceteris Lautkircham missis.

§. XXXII.